



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117867

§. 18. Capitulare Tolosanum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66103)

Sæculum IX.
A. C. 844.

functo, Odonem Abbatem Ferrariensem magnorum criminum reatu inquinatum iratus Rex Carolus Abbatia privavit, eamque Lupo jam Presbytero contulit. Is igitur a Monachis vigesima secunda Novembris anno octingentesimo quadragesimo quarto electus, & die sequente a Rege confirmatus. In illa vero Congregatione Monachi septuaginta duo numerabantur.

ep. 21. & 42.

§. XVIII.

Capitulare Tolosanum.

to. 7. Conc. p. 1780. to. 2. Capit. p. 22. **R**ex Carolus Tolosa ad deditionem compulsa Libellos Presbyterorum illius Regionis contra suos Episcopos accepit, & dum convocari posset Concilium, interim remedium attulit edito Capitulari, novem articulos complectente, & mense Junio anno octingentesimo quadragesimo quarto dato. In articulo primo Rex prohibet Episcopis, ne aigre fiant, quod Presbyteri ad se rem detulissent. Tum illa mensura frumenti, vini, & aliarum rerum, quæ præscribitur, contenti esse jubentur. Presbyteri has præstationes ultra quinque milliaria deferre non teneantur, eosque Episcoporum famuli propterea vexare non audeant. Episcopi Dioeceses suas circumeuntes diversentur in tali loco, quo Parochi vicini commode convenire possint.

6. 1.

6. 2.

Paro-

Parochus loci & quatuor alii ceteris viciniores annonam in hoc articulo præscriptam ad sustentandum Episcopum præstent, nec ministris eorum plura exigere, aut ullum in hospitis domo damnum inferre liceat. Semel tantum in anno Episcopi circumeant; saltem supradictas expensas a Presbyteris semel tantum percipiant. Item tunc tantum percipiant, si non per alium, sed per se Diocesim lustrent.

Sæculum IX.
A. C. 844.

c. 5.

Episcopi Parochias Presbyterorum fordidi lucri amore non dividant, sed si necessitas populi exegerit, & ubi Parochias diviserint, etiam Parochorum expensas sibi præstandas dividant. Duas non plures Synodos & tempore auctoritate Canonum constituto celebrent. Magni momenti ideo est istud Capitulare, quia inde cognoscimus, quantum Episcoporum aliqui potestate sua abusi fuerint.

c. 6.

c. 7.

c. 9.

§. XIX.

Concilium Theodonis Villæ.

Mense Octobri ejusdem anni octingentesimi quadragesimi quarti tres fratres Lotharius, Ludovicus & Carolus prope Theodonis Villam congregati in loco, qui tunc iudicium, & hodie lingua vulgari *Jeust* dicitur, amicitiam fraternam inter se custodire & fovere, atque

Cc 2

pacem